



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Consideratio III. In quo potissimùm æternitatem suam Romani veteres
collocarint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Confideratio III. de Aeternitate.

CONSIDERATIO III.

In quo potissimum Aeternitatem suam Romanii veteres collocarint?

Epist. 2. ad Tacit.

Quot modis Romanii nominis sui aeternitatem ad posterum transmitti posse censebant.

PLINIUS Secundus: Beatos puto, ait, aut facere scribenda, aut scribere legenda; beatissimos vero quibus utrumque. Ita tribus modis censebant Romani sui nominis famaeque aeternitatem ad posterum transmitti posse. Primum scripserunt, & praecleara & multa; sed non praecleara omnia, non casta & sancta universa. Naves etiam suos, turpitudines & libidines chartis commiserunt, via ad Aeternitatem non honesta & regia. Quot etiam libri, auctores suos moriendo antevererunt, & ad Platonis animum, similes fuerunt hortis Adonidis, tam cito mortuis, quam natis: non diu placebant, quae cito placebant. At vivant sane Romanorum omnium libri perpetuum, nemo tamen eorum a suo libro aliquid in se vitae transferre poterit.

Romani in rebus bellicis & civilibus magni, in artibus & scientiis admirandi.

Augustus suo sumptu ludos fecit.

Theatrum Nero illi vit auro.

Eiusdem gregario militi donativum.

Caligula Imp. mari fecit pontem ad tria miliaria.

Quot Romani statuere?

Deinde non scripserunt tantum Romani, sed & fecerunt scribenda, facinorosa & deo ac eleganti calamo digna, & haec variis discimus. Siquidem in plurimis aeternitatem quaesiverunt, in nullo invenisse fides nostra nos docet. Magni fuerunt non negamus, in rebus civilibus & bellicis, domi forisque; admirandi fuerunt in artibus & scientiis, magnifici & effusi in spectaculis & donis, obfusescenti in aedificiis, mausoleis, sepulchris, statuis: exemplo sint haec paucula brevissime perstricta.

Ludos fecit Augustus suo nomine & sumptu vicies quater, expensis aetarii vicies ter, nullus horum infra quingentes aut milles HS. stetit. Sunt nostrae aeternitatis 2500000. philippi, seu bis milles quingenti millia coronatorum; selqui tertius milio: Et haec tanta pecunia vis in unicum tale spectaculum effundebatur: infimus & paucissimus sumptus in singulos ludos ab Augusto editos, erat quingentes HS: phi 1250000. philippi, hoc est, milles ducenta quinquaginta millia coronatorum.

Nero totum theatrum illeivit auro; omne choragium & instrumenta comica fecit aurea. Accedebant mililia seu spartiones, hoc est, lignea tesserae in vulgus spargenda, quibus inscriptae totae domus, agri, fundi, praedia; mancipia, servi, iumenta, argenti & gemmarum saepe maximus numerus. Harum tesseraum aliquam quisquis exhibuit, mox id accepit quod inscriptio designavit.

Idem Nero gregario militi in donativum numerari iussit centies HS. sunt 250000. philippi, hoc est, ducenta quinquaginta coronatorum. Agrippina mater, in mensa hunc tantum pecuniae numerum expandi iussit, ut vel sic tacite filii effusionem reprehenderet, & coerceret. Notavit Nero se mox peti, & alterum tantum addi praecipiens, nesciebam, ait, me tam parum dedisse.

Idem Imp. Teridati regi ut hospiti, novem mensibus Romae agenti, in singulos dies constituit viginti millia philippensium, sunt quinque miliones & quadringenta millia coronatorum in totos illos novem menses constituta. Abeunti dedit viginti, milles HS. seu duos miliones & medium. De aedificiis quid memor?

Caligula Imp. mari pontem fecit ad tria miliaria. Templa Romae sunt quadringenta viginti quatuor, pleraque magnifica. Domitianus in solam Capitolii inaurationem, ipsos septem miliones impendit.

In amphitheatri laevis gradibus commodè sedere poterant spectatores 87000. in superiore parte per ambitum stare 12000. universim 99000.

Praeter plurima alia, duodecim publica fuerunt balnea ab Imperatoribus structa, in quibus gratis lavabatur. In thermis Antonini fuerunt polito lapide 1600. sellae, & commodè tot homines simul lavare poterant. In balneo Hetrusci, ait Plinius omnia fuisse argentea, canales, labra, solum ipsum. Sed ad alia.

Romae tot ferè statuae fuerunt quot homines. Praeter infinitas aereas, marmoreas, eburneas, etiam argenteas &

Aureas. Domitianus in Capitolio auream habuit eorum librarum, Commodus & Claudius aureas, harum singulae mille librarum. Claudius in coisitis etiam argenteam habuit. Hinc Praefectus certus, Comes Romanus dicebatur, & multus ei miles, ut tantum statuarum populum custodiret.

Via Appia, vit expeditis quinque diebus habuit quod percurreret. Ab urbe Capuam usque protendebatur hac via, tam lata, ut duo curus obvii liberè commearent: tam firma, ut laxi nihil aut soluti appareret, perinde ac si saxum esset unicum. Plures tales fuerunt viae. Incredendum est quod de aquae ductibus fide digni scribunt: Claudius imperator impendit in aquae ductum septem miliones auri & medium. Sexcenti homines aiebantur tuendis tantum aquis. Haec certè magna, & quaedam ob nimium luxum reprehendenda. Fuit tamen quod aedificia illa splendidissima superaret, vix tamen honesti nominis. Cloacas Romae habuerunt seu subterraneos fornice cum perfluentibus aquis ad evehendas totius civitatis sordes. Cloacarum istarum tam multa, tam ampla, & longa, ut inter orbis miracula non immerito celsi possint. De his in specimè satis, quae ei, scio, minime sunt incredibilia, qui veterum Romanorum opes & potentiam primoribus labris libavit, & testes audit Suetonium, Dionem Cassium, Plinium, Livium, alios.

Et haec quidem, quae commemoravi, ex se laudanda: administratio Reip. tam prudens, quam & in bellis majorem partem invicti, in scientiis & artibus eximii, virtute quoque illustres fuerunt, ita ut Cyneas Pythi legatus homo facundus & intelligens cum frustra sollicitus, fer urbem, ad saecus Romanis non sat dignum, regresus suo regi dixerit: Urbem sibi templum, Senatores reges sibi videri. In his talibus ergo laudandi Romani. Sed in hoc gravissimè & toto caelo aberrarunt, quod homines cebar. adeo prudentes omnem suam aeternitatem in rebus minime aeternantibus locarint. Si Augustinum Romani lib. 5. de ad Aeternitatem via ductorem delegissent, viam eis multo certior ad ipsam Aeternitatis regiam monstrasset. Neque enim nos, inquit ille, Imperatores eos felices dicimus, qui multos imperii ac vite annos, vel victoria triumphos, vel fortune thesauros numerarunt: haec eis etiam deferuntur munera, quibus nihil juris est ad regnum illud aeternum. Et quinam ergo, Augustine, tuo animo felices censendi? Audite Imperatores, Reges, Principes: Augustini sensu vera aeternaque felicitas a vobis obtrinebitur, observatione legum istarum:

Lex 1. Injustitia. Iuste imperare: omnem injustitiae fucum & pigmenta odisse. 2. Modestia in sensu. Tot honorantium & salutantium linguis non extolli, sed meminisse hominem se esse. 3. Dei timor & amor. Ad Dei cultum maximè propagandum, humanam potentiam omnem Majestati divinae famulam facere, timore Numinis & amore. 4. Celsi desiderium. Ardentiùs amare regnum illud aeternum, in quo potestatis consortes nulli timentur. 5. Ignoscendi facilitas. Ad veniam pronum & facilem esse, tardum ad vindictam, & illam solam quae tuende Reip. poscit necessitas. 6. Misericordiae liberalitas. Asperiora decreta, misericordiae lenitate, & largitate beneficiorum temperare. 7. Continentia. Luxuriam, quanto esset liberior, tanto castigatorem habere. 8. Moderatio affectuum. Malle in affectus pravos, quam in quasvis gentes dominari.

9. Sub-

Regulae observandae ad veram felicitatem obtinendam.

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

9. Sub-

Consideratio III. de Aeternitate.

9. Submissio, & orationis studium.

Hec omnia non inanis gloriae, sed aeternae felicitatis studio facere: nobilitatum submissio, & orationis sacrificium nunquam negligere.

Has leges Augustinus ipse, ad mundi valvas suffixit, velut omnium Principum illustre speculum. Nunc vos o Romani, quantum a janua harum legum aberrastis? ut taceam pro uno ferme innumeros Deos in veneratione apud vos fuisse. Roma sibi magnam videbatur assumpsisse religionem, quod nullam respuebat falsitatem, & cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus.

Sed ut haec sciam omnia, quam vanum illud & ridiculum, omnem suam aeternitatem potè se relinquere velle in membranis & chartis, in marmoribus & saxis, in amphitheatris, pyramidibus, sepulchris ac mausoleis. Et ubi nunc saxa haec est aeternitas? Roma penè idem quod Hierosolymis contigit. Apostolorum unus magister Christo structuram Hierosolymae templi demonstrans: Magister, ait, aspice quales lapides & quales structurae? respondit Christus: Vides has omnes magnas edificationes? non relinquetur lapis super lapidem qui non destruetur. Ita nihil aeternum in hoc orbe. Et ubi nunc vetus urbs Roma? quaeritur: & dici potest, hic fuit. Ubi qui eam edificaverunt? perierunt omnes; nec cineres eorum novimus. Et nos ipsi eadem hanc via sequebamur, post aliquot annos umbra, pulvis, nihil. Heu res mortalium vel maximorum parva! heu validissimorum instabiles! quid enim illa omnia nunc, ubi sunt? evanuerunt. Ubi supra fidem cumulate opes? defluerunt. Ubi caelo certantia opera? non apparent. Sic cuncta quae nobis magna sunt, umbra sunt & somnium, si cum aeterno & aeternitate comparentur. Debile nimis & ex luto fundamentum est, super quo tota vanevolentis gloria fabrica extruitur. Non ita saxis & marmoribus aeternitas insculpitur. Rectè Lactantius: Mortalia sunt opera mortalium. Babylonem, Troiam, Carthaginem, Romam fuisse credimus: oculis fidem quod faciat, vix cadaveris pars superest. Ita septem orbis miracula, sic aureum Neronis palatium, Diocletianae thermæ, Antoniniana balnea, Severi Septizonium, Collisæum Iulii, Amphitheatrum Pompeii, vix sui vestigium & nomen in libris reliquerunt, & hoc quam diu?

I. Quantum Romani à verâ Aeternitatis viâ aberrarint.

Nazarethi in arcano sanctissimæ Virginis conclavi mentionem injicit angelus de regno, cuius regni non erit finis. Tale non fuit Salomonis, quod quadringentis tantum annis duravit, usque ad cladem Babyloniam. Tale Romanorum non fuit, sed nec Persarum, nec Grecorum fuit tale. Ubi enim nunc regna illa sunt, olim florantissima? Ubi antiquissima illa monarchia? Quantus olim Nabuchodonosor in Chaldaea & Syria, & post hunc Balthasar? Ab his in Persiam migraverunt sceptrum & Mediam ad Cýrum & Darium. Nec hic diu permanserunt, in Græciam translata ad Alexandrum Macedonem, magnum Regem & diu bellicosum, diu fortunatum, sed ubi bellica virtus cecidit, etiam fortuna defecit, & hinc in Italiam cum sceptris migravit ad Julium Cæsarem & Octavianum Augustum. At ubi nunc hi omnes? Tu, mi Christiande, regnum quære, cuius regni non erit finis. Numantiam, Athenas, Carthaginem, Spartam, suos delevit finis; regni, quod supra nos, non erit finis. Rex illius aeternus est, aeterni incolæ. Dominus regnabit in aeternum, & ultra. In quæ verba Origenes: Putasne, ait, in saeculum saeculi Deum regnatum? regnabit adhuc, vel ultra, & quodcumque dixeris, illud de regni ejus spatii semper tibi propheta dicit: Et adhuc, sive ultra. Et nunc, inquit Isidorus, regnum hoc sempiternum, immensum ex omni parte beatum, omni generi hominum promissum est, & tamen de illo altum inter nos silentium est.

A Quotus enim quisque est, qui vel minimam diei particulam in hoc & cum expendendo impendat? de hoc commemoret? hoc uxori, hoc liberis, toti hoc familiariter inculcet? alia omnia garrimus; cali vix ulla est mentio, aut certe rarissima. In laudando natali solo plerique omnes disertissimi sumus; nostram illam verissimam patriam laudare penè erubescimus. In eam nimirum pie colloctionis defuetudinem multi deveniunt, ut, nisi sterilissimas nugæ, subinde etiam lascivas spurcicias turgentibus buccis effundant, inurbanos se & infestivos haberi putent. Hoc verè est toto cælo errare. Aeternis inhiantur est corde, & ore, cogitantibus & colloquiis, nec ulla speranda est vera gloria, nisi aeterna.

Hebraei proceres, ut contra Christi potentiam, ad pollicentem illam aeternitatem, viam sibi sternerent, figentem senatum adesse jusserunt, & stolidissimam prudentiam, quod maxime metuebant, in caput suum decreverunt. De his in frequenti curia deliberantibus eleganter Augustinus: Pontifices, inquit, & Pharisæi sibi consulebant, nec tamen dicebant. Credamus, Plus perit homines cogitantibus, quomodo nocerent ut perderent, quam quomodo sibi consulerent ne perirent. Et tamen timebant, & quasi consulebant, dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Temporalia perdere timerunt, & vitam aeternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt. Ita fit, hæc nostrarum cogitationum vanitas est & affectum ludibrium. Et qui sumus nos? quæ sunt nostra? Hodie floremus, commendamur, placeamus, cras flos languescet, displicebimus tam iis, quibus hæcenus placuimus, quam Deo cui nunquam placere studuimus. Cælum negligimus, terram non retinemus; Dei favorem non acquirimus, mundi perdimus, hinc & hinc deploratissimam orbitate miser. Si mors parceret felicibus in hoc orbe, reperirent fortasse hic quandam gloriam, quandam, inquam, nam vera nulla est, nisi quæ in cælo & aeterna; sed nulli mors parcat; in tenebris semper videt, nec videtur, expectat ut ex insidiis incautos invadat. Quod deducet, si malè viximus, ad sævæ reginæ Proserpinæ & judicantem Eacum. Ibi neminem liberabit nobilitas, neminem teget potentia, neminem eripiet hominum applausus, sed solius dominifavor & gloria illa, quæ per gloriæ fugam comparata est. Non est vera gloria, nisi aeterna.

Hebraeus Sapiens, Sapientiam reginam depingit, quam pone comitantur duæ famulæ, dextrâ Aeternitas, lavâ Gloria. Nullus est pretii Gloria, si absit Aeternitas, quam nos Christiani, expectamus: manentem in cælis. In memoria aeterna erit iustus. Stupem, mi Christiande, das pauperi, inhianti gulæ subducis escam, castitatis hosti resistis; non grandia sunt hæc opera, nec multum temporis; facti tamen memoria, sed & merces erit aeterna.

Quantillum Magdalena Christi pedibus impendit, quam citò id obsequii perfecit, & tamen orbi universo innouit. Alii alia in Magdalena suspexerunt, roseam oris pulchritudinem, blandam formæ venustatem, amicum juventutis florem; raram gratiam, opes magnas, favores maximos, gratam affabilitatem, festivos applausus: nullam hæc ei laudem, sed dedecus comparant. At officium vel pedibus præstitum, elemosyna non grandis, aeterna illi gloriam, immortale nomen conciliarunt; prædicabitur in toto mundo, Christo teste. Non fuit opus hoc incensum marmoris, non ære Cyprio efformatum, non ad tubas & tympana proclamatum, tamen hæcenus duravit, durabitque aeternum, & prædicabitur in toto mundo: si actionem spectes, reprehendit eam avarus æconomus Icariorum, culpavit & turgidus Phariseus Simon; si materiam, unguentum erat,

Confideratio III. de Aeternitate.

8

erat, ut summum 30. aureorum; si locum, privatus; si A
 reſtes, pauci; ſi perſonam, infamis ſeminaſ; & tamen præ-
 dicabitur in toto mundo. Quor Imperatores victores a-
 quilas in hoſtium caſtris plantarunt? Quor bellicoſi du-
 ces numeroſiſſimos exercitus laudabiliter adminiſtra-
 runt? Quor providi gubernatores amplifiſſimos popu-
 los ſapienter reſerunt? Quanti reges, inſignia, ſtatuas,
 caſtra, civitates condiderunt? Quor viri eruditi omne
 cerebrum in novas inventiones, per calamus inſtar
 chymicorum diſtillarunt in chartas, ut inter memoriã
 dignos reponerentur, qui tamen ſilentii nocte & obli-
 vione involuti jacent. At opus juſti unicum, æternam
 cõfert memoriã, ab omni veritate & invidia immu-
 ne, à ſapientibus, ducibus, regibus, Pontificibus reve-
 rentiã & ſilentio, auditur, legitur; prædicabitur in toto
 mundo. Solum itaque bene & vivere & mori, via eſt ad
 æternam immortalitatem. Ite nunc mei Romani, & æ-
 ternitatem in ſtatuſ & marmoribus querite, nunquam
 reperiuri. Ego potiùs optem & malim quod D. Hiero-
 nymus in rebus geſtis Pauli Eremitæ optans: Hieronymi
 peccatoris, ait, meminertiſ? ſi Deus optionem daret, præfer-
 ret tunicam Pauli, malleſque eam cum meritis ſuis, quàm pur-
 puram regum cum ſuis regnis. Nos Chriſtiani ne pecuniæ
 noſtræ jacturam faciamus, verſuram facimus: imò an-
 te nos in alium orbem præſtitimus, cælum illam reci-
 pit: & hoc turo fit, & à fideliſſimis tabellariis eò deſertur:
 ſed non aliis quàm mendicis, & pauperibus. Pauca illis
 damus & vilia, pro his in cælo maxima recepturi. Ita
 Chriſtus promiſit & præcepit: Ego dico vobis, ſecite vo-
 bis amicos de mammona iniquitatis, ut cum deſeceritis, reci-
 piant vos in æterna tabernacula. Sed à Romanis ad alios
 tranſeamus.

II. Melior priore ad Aeternitatem via.

In quo Da-
 rius conſti-
 tuebat æ-
 ternitatē.
 Lib. 8. c. 2.
 & 12. c. 1.

Darius, clade ſua noſtiſſimus ille rex Perſarum, in
 exercitu ſuo decem millia Perſarum habuit, quos
 immortales vocavit, ideo (uti Cælius Rhodiginus expli-
 cat) non quod planè nunquã morerentur (ubi enim illi
 tales?) ſed ſi quis horum aut ecce aut morbo nume-
 rum miniuſſet, conſeſſum ſubſtituebatur alius, nec ſin-
 quam plures erant paucioresve decem millibus. Ita &
 Darius immortalitatem aliquam & muneris æternita-
 tem conſtituit, ſed brevis admodum hæc fuit, Dario, to-
 tòque ipſius exercitu funditus pereunte. Dario Medo
 precantur olim ſatrapæ: Dari rex in æternum vive. Ah!
 quid inane hoc votum; & quàm curta hæc eſt Aeterni-
 tas! annis ſeptuaginta, aut octoginta ſummum vivimus,
 æternum tamen nos vivere inter ſomnia optamus. Non
 immerito certè Xerxes, qui ex Aſiã ſubjugandæ Græciæ
 (Hæſodorus narrat) duos exercitus terrã marique ſecũ
 eduxit, nimirum ter & vices centena millia, ſeptedecim
 millia, ſexcentos, exceptis iis, qui militi ſervierunt: hos
 omnes cum è monte proſpiciens oculis obiret, in lachry-
 mas ſolutus hoc aſpectu, idcirco ſe flere coepit, quòd poſt
 30. aut 60. annos è tot centenis illis viris tam robu-
 ſtis & ſelectis, vix ullus eſſet ſuperſtes futurus.

Et cur fle-
 verit.

2. Reg. c. 14.

Eccleſia

Conſtanti-

nopolitana

aucta cœ-

nobio A-

cœmetariũ.

Æternitatis neſcio quas fingere nobis poſſumus,
 interea tamen omnes morimur & quaſi aqua dilabimur in
 terram.
 Alius & melior beatæ typus Aeternitatis excogita-
 tus eſt Conſtanti-nopoli. Anno poſt patientem Virgi-
 nem 459. Eccleſia Conſtanti-nopolitana ævo Gepa-
 dii Epilcopi, aucta eſt novo & nobiliſſimo D. Ioanni
 Baptiſtæ ſacro cœnobio Acœmetarum, hoc eſt, inſom-
 nium, qui juges & pervigiles diu noctique laudes Deo
 concinere conſueverant, hæc ratione: Cœnobitæ omnes
 in tres claſſes diviſi ſunt, ut ita, cum prima claſſis par-
 tem aliquam divinarum laudum finiſſet, ſecunda or-
 diretur, ſecundã quoque ſiniente, tertiã inciperet. Ex
 hoc pio inſtituto ſuum aliquod cælum urbs habuit: ſic
 illic repræſentata cœleſtis Aeternitas, quã totã Deus ſi-

neullo ſaſtidio & nauſea inter ſummas voluptates lau-
 dabitur. Quàm jure exclamat divinus Palæſ: Beati qui
 habitant in domo tuã Domine, in ſecula ſeculorum lauda-
 bunt te. Omnium tunc beatorum vox erit, quæ olim
 in rupe Taborejã Petri fuit: Bonum eſt hic nos eſſe. Nam
 uti Divus Bernardus in Cantica: Opulentia, inquit, Ser. 2. de
 multa nimis eſt Aeternitas. Sed & hoc addit: Aeternitas, Omm. Sa. 2. in
 niſi perſeveranter quaſita non invenitur. Sed à te beatiſſi-
 me Bernarde, illius quærendẽ modum flagitamus. Au-
 dite igitur Patris optimi documentum: PAVPERTA-
 TE, MANSVETVDINE, FLETU renovatur in anima
 ſimilitudo quẽdam & imago Aeternitatis omnia tem-
 pora complectentis. PAVPERTATE meremur futu-
 ra: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœ-
 lorum. Ubi pauperes ſpernuntur & deſeruntur, ubi cor
 unã cum pecuniã in arcã concluditur, ubi numi ad ava-
 riæ regulas expenduntur, ibi paupertatis affectus &
 amor nullus eſt, ſed nec ullus æternitatis. MANSVET-
 VDINE verò præſentia nobis vindicamus: Beati mi-
 tes, quoniam hereditabunt terram. Querat hic quiſpiam,
 quid homo ille in quo nihil eſt manſuetudinis aut pa-
 tientie, è quo vix unquam mitius verbulum auditur,
 quid tandem luci habeat è ſua illa intraſtabili impa-
 tientia, quid illi commodi ferat toties indignari, ſæ-
 vire, fremere, vociferari, tumultuari, omnia velle peſ-
 ſumdare, neminem vel paulo humanius aſſari? certè
 aut bonorum talis jacturam patitur aut famæ; fre-
 quenter utriuſque. Nam quod habet opum, non poſ-
 ſidet, ſed cuſtodit ut moloſſus, cujus eſt tantum alla-
 trare, invadere, mordere famam, ſi quam habet, im-
 patientia titulo, non auget; cælum, priuſquam ha-
 beat, amittit. Demum LVCTV præſentia quoque re-
 cuperamus, quæ prodigè aſpiſimus peccando. Sed hic
 luſtus non unius horæ aut diei ſit neceſſe eſt. Quid
 enim de filio illo ſentiamus, qui matris fanus dedu-
 cit humentibus nonnihil oculis & atro pallio, eodem
 tamen aut altero ſtatim die, & ficcis ridet oculis, &
 pullam veſtem in praſinam viridẽmque commutat.
 Hoc non eſt ſerid lugere, tam brevi finire luſtum. Si-
 millimum nos facimus, ah, nimis frequentem: conſeſ-
 ſione piaculari nos hodie & communionẽ ſacrã muni-
 mur, dolemus peccaſſe, cras iterum hilariter pecca-
 mus; & ſæpe graviùs priorem vitam deteſtamur, &
 tamen revocamus; ejuramus commiſſa ſcelera, &
 eodem die iterum patramus. Ita eadẽ omnino lin-
 guã, quã Chriſtum inſonem proclamamus, hæc cum
 cruci addimus, germani fratres Pontii Pilati, qui ut
 no eodemque ore Meſſiam noſtrum & vitã donan-
 dum pronuntiavit, & in crucem raptandum: homi-
 nes proſus inſtabiles, nec in re ullã conſtantiore quàm
 in vicioſã vitæ conſuetudine repetendã. Heu, plurimum
 luge in pectore geſtamus. Subinde pietas tam ſerid no-
 bis placet, ut nulla penè hilaritas intercedere tam ſan-
 ctis officiis poſſit. Fronte deſectã & ad omnem remiſ-
 ſionem iracunde ſupercilium induimus, ſed heu non
 duraturæ ſanctitatis. Mox odiſſe incipimus hanc ipſam
 pietatem, & in contrarium aceto torrente, repetimus
 quem omiferamus & luxum & luxuriam. Ita tam faciles
 amicitiam cum Deo factam ſolvimus, quam inviti faci-
 mus. Dum hæc agimus, ecce tibi evocata pietas adeſt,
 triſtique potentia laſciviam ruſus expellit, donec etiam
 illius penitentia pœnitere nos incipiat. Ita raro conti-
 nuis ſtudiis probitatis laborioſam imaginem intuemur;
 levi nutu ad priſtinam immunditiam deſcivimus. Hinc
 omnium voluptatum ac vitiorum genera menti noſtræ
 ſubjicit, hæc tanta vitæ inſtantia: palam quidem
 VIRTUTEM adorare videmur; intus & in animo ope-
 ſo cultu deveneramus VITIUM. Hęc via ad æterna-
 tem non eſt, niſi ad illam, quẽ meros cruciatus & tor-
 menta habet perpetua, maxima.

Sed deligamus è Chriſtianiſ Catholicis unum ali-
 quem

Modi tres
 querendi
 æternitatē.

1. Pauper-

tas,

2. Manſue-

tudo,

3. Luſtus.

Fratres

Pontii Pi-

lari qui

Fraternitatem

adornant

quæ via

ad æternitatem

perducit

per crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

et crucem

Consideratio III. de Aeternitate.

quem corporis voluptati deditissimum, deducamus ad succensum & flammis tumultuantem furnum, & ex eo hunc in modum quaeramus: Quantum tibi voluptatis deposcis pro eo, ut in hoc furno diem unum nudus consumas? respondebit indubie: Non totum ego mundum, non omnes mundi voluptates mercede vel dono ferrem, ut in his flammis diem unum torqueri me permitterem. At paciscamur ulterius: Quid praemii petis, & medium dumtaxat diem in hoc igne duras? Pone, dicit, quidquid velis deliciarum & pretii, tantis ego tormentis hoc non emo. At ut conveniamus tandem: Quid praemii postulas aut voluptatis, & ardentem hunc clibanum ingrederis, in eoque vel horam unicam perferas? respondebit utique: Da quidquid petere possit vel avarissimus, vel impudentissimus, comparandum id non est cum unius horae infandis ejulcemodi ustulationibus, & doloribus. Quod si recte rationique congruenter responderit, qui sit, o Deus, quod ob lucrum exiguum & vile, ob honorem fallacem & fugitivum, voluptatem spurcam & non longam, & tam multum parvi pendatur supplicium aeternum? ut horam unam in ignibus sisus, persuaderi nobis non potest, posito in praemium terrarum orbe; & aeternis inferorum ignes non formidamus, modò vel lucrum inviter, vel honor ardeat, vel alliciat voluptas. Meliora, inquit, spero, & infinita Dei bonitas non tam male ominari me jubet de futuris & aeternis. Ita loqui solemus, nec impia haec verba sunt, sed facta reclamant. Temerarium hoc est & nimis periculosum, vitam in vitiis traducere, & aeternitatem inter beatos expectare. Ad damnationem satis est vel unicum peccatum. An nescis quid Christus comminatur? Qui dixerit fratri suo fratri, reus erit gehennae ignis. An nescis quid Christus prohibeat? Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo. An nescis quid Christus praemoneat? Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum calorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est. An nescis, quam multos Christus foras excludat? Qui diligit patrem aut matrem plus quam me non est me dignus; & qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. An nescis, quam aperte & scido illud ingerat? Multi sunt vocati, pauci verò electi, PAUCI, PAUCI. An nescis, quoties ad vitam emendationem hortetur? Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum calorum. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & projice abs te, bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Si poenitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis. Et addit: Contendite intrare per angustam portam; quia multi, quam aperte quaerit intrare & non poterunt. An nescis etiam, quam explicate D. Paulus recenscat ea omnia, quae beatam aeternitatem intercludunt? Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, ira, rixae, dissensiones, sectae, invidia, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Quod si quis vel unius ex enumeratis conscientis sibi est, necita dolet ut modum omnem exquirat illius peccati deinceps vitandi; interea verò vanissimum illud SPERO, SPERO, sibi ipse occent; hujus spes nulla est, sed mera temeritas. Periculum adire plagarum & verberum, tolerabile malum est: ceterum aut mille florenos incertae aleae committere, non summa jactura est: caput & vitam in discrimine conicere, non maximum damnum est: at verò salutem cum corporis tum animi aeternam periculum tanto exponere, adeo in incertum vivere, verbis sperare, factis huic spei contraria facere, hoc omnium malorum supremum malum est, hoc summa jactura, hoc damnum verè maximum: hoc audacia & temeritas perniciosissima, hoc stultitia & dementia extrema. Intelligite hac qui obliviscimini.

A scimini Deum: Ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

Psalm. 49.

III. Hanc viam sollicitè esse indagandam.

I Deo nullus sit Christiani sanguinis homo, qui non saepius seipsum aliisque, quos Dei loco habet, interroget: Quid faciam ut beatam aeternitatem consequar? istane vera est via, quae eo ad illam, quam quero, Aeternitatem operis quidem aliquid facio, sed illud quantillum est quāque exiguum? aspiro quidem gaudia immortalia & aeterna, sed num haec opera mea adeo paucā, adeo languida & frigida praemio digna sunt aeterno? pervenire quidem ad portum cupio, sed viam horreo paulò molestiorem, cum tamen ea via ad caelum sit tutissima & optima, quae asperissima & angustissima. Haec oris divini Veritas pronuntiat, clamat Christus, & monet: Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt (heu multi sunt) qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt (heu pauci sunt) qui inveniunt eam. Nec clamare desinit, aut mone- re: Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis, quærent intrare & non poterunt. O quam formidandum atque tremendum est illud, MVLTI, & illud PAUCI! interea miseri & in rem aeternam nimis temerarii fallimus nosmet, & in PAUCIS illis caelo adnumerandos, nescio an speremus nos, an somniamus? Utinam dum dies sunt salutis & tempus acceptabile, attentiores oculum in Aeternitatem subinde emittamus, atque hunc in modum nobiscum ipsi ratiocinemur: quid tandem est hoc omne quod ego patior, aut alios pati conspicio, quid est hoc totum ad Aeternitatem? imò si cum D. Paulo enumerare possum tot labores & pericula quae exantlavit ipse, atque iis, quae ad Corinthios, literis recensuit: si famam, sitimque, si graves inimicitias injurias, si morbos & egestatem tolerem, imò si cum Paulo lapidibus infernar, si virgis caedar, si naufrager; quid haec omnia ad supplicia aeterna? In omnibus igitur adversis rebus cogitandum mihi erit: Omnis consummatio is vidi finem.

Via inspicienda, si ducat ad aeternitatem.

Via ad caelum tutissima quae?

Matt. 7.

Luc. 13: Formidandum est illud, Pauci, & illud Multi.

Daniel vates multis recensitis calamitatibus subdit: & hoc usque ad tempus. Ubi, ubi estis ærumnosi, afflicti, calamitosi, quid vestris vos lacrymis sepelitis, quid per vanos impatientiae questus vitam nobis omnem acerbam redditis? solatium habetis, & ingens, ab ipso tempore. Diverse vos calamitates exercent? ne despondere animum: erit hoc solummodo usque ad tempus. Contumeliae vos lacerant, injuria fatigant, mala plurima perturbant? lamenta mittite, erunt haec omnia non nisi usque ad tempus; non usque ad infinita saecula vestri sese gemitus extendent: ad exiguum tempus stillabunt lacrymae, non aeterna ducetis suspiria, brevi dolore perfungetur, ad immortalem felicitatem transitori, clarissime id affirmat Ecclesiasticus: Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis; Sed & vos, o beatuli! o cara Mundi progenies, ne cornua sumite, oclis vestra felicitas quā brevitate, quamque angustis cancellis clausa est! usque in tempus triumphabit; usque in tempus beata vestra durabunt somnia, post tempora non longa, jubebit vos Mors fortunae larvam ponere, & inter turbam stare coget, tantò tunc verè miserrimes, quantò antea brevi figmento beatores. Ergo usque in tempus omnia. Sola nullas temporis leges admittit Aeternitas. Sive ergo corpus meum patiat, sive animus; bona seu honores adimantur, dolores an tristitia, cura vel alia me quāpiam afflictio interior vel exterior exercent, picta sunt haec omnia, & momentanea ad aeternas poenas. Nam ubi post extremum judicii diem quinquages milleni anni transierint, supererunt adhuc quinquages milleni milliones aeternorum transi- tui: iis etiam, ad nostram numerandi rationem, transactis, alii atque alii, & denuo alii annorum milliones transi- gendi

Psalm. 118.

Dan. 6. 11. Calamitates solum ad tempus.

Ecclesi. 1.

Mundi felicitas angustis cancellis clausa.

Aeternitas nullas admittit leges temporis.

Nil eternis paucis comparandum.

Temeritatem & periculosum vitam in vitiis traducere.

Matt. 5.

ibidem.

Christi minime & monita.

Matt. 7.

Matt. 10.

Matt. 20.

Matt. 18.

Luc. 13.

Ad Galat. 5.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

Aug. lib. 11. Conf. c. 11. gendi restabunt, & hoc sine fine. Et quis hæc cogitat? quis perpendit ista? Conamur quidem aliquando æterna sapere, sed adhuc in præteritis & futuris rerum moribus cor nostrum volitat plenum vanitate. Quis tenebit illud & affiget, ut paululum stet, & paululum ad se rapiat splendorem semper stantis Aeternitatis?

Mirogenis supplicatio. Optime fecit Myrogenes, cum Eustachius Hierosolymorum Archiepiscopus ad eum munera militaret, modestè reculans: Hoc, ait, unum pro me ora, ut liberer. Cie. 3. Tusc. ab æterno cruciatu. Nec Tullius à vero aberrans: Sapienter, inquit, nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo. Sed Tullio longè melius Franciscus, paupertatis sincerus amator, & verus Aeternitatis contemplator. Modica, inquit, hic voluptas, sed pena post immensam: modicus hic labor, sed gloria post æterna. Elige, multorum vocatio paucorum electio, omnium retributio.

Serm. 4. de Purific. Iob. c. 6. Quisquis igitur peccato letali obstrictus est vel unico, maturet penitentiam: Satius est & suavius, ait Guericus, fonte purgari quàm igne. Penitentia tempus nunc est, præoccupet penitentia penam. Qui times primam, irruet super eum nix. Qui misera detrimenta metuit, ad maxima deveniet: qui levem penitentia laborem fugit, gravissimas tartari penas incurret. Ita D. Gregorius: Nonnulli, ait, dum temporalia ad-versa peremunt, distinctione se æternæ animadversionis obijciunt. Huic D. Paucianus accedens: Memento, ait, quia apud inferos exomologes non est, nec penitentia tunc tribui poterit, consumpto tempore penitendi. Festinate dum in via estis: secularis ecce ignis timemus & carnicum ungulas expavescimus. Comparete cum his æternas torquentium manus, apicisque flammarum nullâ etate morientium. Quæ pulchre

Ambros. c. 8. ad virg. lausam. Penitentia non verbis agenda est, sed actu; hæc autem sic agitur. Sic tibi ante oculos ponas de quantâ gloriâ rueris, & de quo libro vita nomen tuum deletum sit; & si te jam credas prope ipsas positum tenebras exteriores, ubi erit stertus oculorum, & stridor dentium sine fine. Cum hæc certâ fide, sicut est, animo conceperis, quia non esse est prevaricatricem animam tartareis penis & gehennæ ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum est post baptismum, quàm penitentia solatium; quantumvis laborem, quantumvis afflictionem subire esto contenta, dummodo æternis penis libereris. Urgeat egrum morbi corporis ad corporis purgationem; urgeant etiam nos morbi ad animi purgationem, urgeat salutis aviditas, urgeat æternæ mortis, æternæ cruciatu horror, urgeat æterna vita æternæque gloria consequenda spes. Quidquid animum purgat id amplectamur, quidquid inquinat subigamus: inquinat autem propriis luteum corpus. Fidelissima prorsus hæc D. Ambrosii admonitio est.

Christe lesu, da, ut omnia vana hæc & fluxa sic possideamus, ne perdamus æterna: sed viam teneamus illorum, de quibus eximè Augustinus: Multi, ait, desiderio salutis, sub jugum liberi veniunt, & paulo ante sublimes ac elati, humilia afficiuntur, cupiunt esse quod ante despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant: præsertim hostes, futurorum apparitores, AETERNAM illam patriam suspirant: abstinentiam deliciis, somno vigiliis, paupertatem divitiis anteponunt; arduum contra vitia laborem, voluptatem computant: inimicos diligunt, nullis iniuriis franguntur, propter AETERNAM retributionem. Ecquis non extremè laborer tui amore, o AETERNÆ RETRIBUTIO!

CONSIDERATIO IV.

Quomodo S. David Aeternitatem sit meditatus, & que illius in hoc imitandis ratio?

Qvod Deus apostatas angelos, & homines in extremo judicio damnatos æternum sit puniturus, tam durum aliquibus & incredibile visum est, ut etiam

Origines tanti ingenii, tam præcellentis doctrinæ, tam peritus scripturarum, adus sit in libris Periarcho de damnis & demonibus gratia restituendos, postquam in ignibus contractam culpam satis cluissent. Hunc præter ceteros D. Augustinus erroris damnat & conficit. Reperit hic error non paucos qui assentirentur. Per Hispaniam Aniti heretici eum disseminarunt, diversis interpretationibus. Alii damnatos omnes, solos alii Christianos, isti Catholicos tantum, illi solos eos qui largiores fuissent in dandis elemosinis, ex Orco liberandos putabant, quos tamen Augustinus erroris non argueret, nimis tamen aperte divina pagina refutaret. Dycedite à me maledicti in ignem æternum. Et ibunt hi in Matt. c. 25. supplicium æternum. Et iusti autem in vitam æternam. Nulla hic glossemata; nullæ opponi possunt explicationes. Unde Palses divinus, rex David, duo maxime temporis cordi habuit, nec tam præteritum quàm futurum buit cordi obervans: Antiquaverunt, ait, vigiliis oculi mei; turbatus sum & non sum locusus. Quid tibi somnum abruptit, beatissime Propheta? Quæ hæc antelucana negotia, unde hoc silentium & animi perturbatio: causam audite: Cogitavi dies antiquos, annos æternos in mente habui. En, hoc est quod illi somnum rupit, præteritos cum futuris æternisque annis consulit, neque hoc solum fecit interdiu: Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Et quod hujus nocturni exercitii est incitamentum? Numquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet ut complacitor sit adhuc? En, ut formidet & horreat æternitatem, ut divina judicia pertimescat, ne perpetuis in se penis Deus animadvertat. Et quis meditationis istius est finis, aut effectus? Et dixi, nunc coepi. Ita momento penè, seipso factus est melior, non distulit, non procrastinavit, non in deterioribus annos emendationem concepit. Nunc coepi, nunc sanctius vivam, non post horam primum, aut diem. Si ita possem, dicar quis, meditari æternitatem, ut meditatæ sit beatus David, forsitan etiam illud, NUNC COEPI, promptus & hilis pronuntiarem. At ego curis quotidianis involutus, laboribus impeditus, officiis distractus in mille partes, inter homines ago, multum mali video audique, ita vix locus est apud me tam salubri de æternitate cogitationi; in circulis, in conventibus, in symposiis, ejus generis colloquia nostra non sunt, ut vagabundam per multa mentem ad æternitatis considerationem affigamus. In conviviis quidem, nugis & cyathis res agitur; seria jam pridem hinc exulant: conventus & circuli tam teretica vix admittunt. Nova ex Italiâ, Galliis, Hispaniâ pœtuntur: nimis vetera sunt & sæpius decantata quæ de celo, ex inferis feruntur nova, hæc jam scimus. Quid opus talia ad fastidium toties repetere? sic æternitati cogitanda vix aptus uspiam locus, vix commodum unquam tempus reperitur. Veritas te amet, mi Christiane, quàm hæc verè dixisti!

In mundo utinam culpam, quæ agnoscis, etiam emendes. Nihil est, quod nos æternitatis curam esse, cum tamen non desint, quæ partim illius nos sæpius, partim quotidie moneant.

Romanæ Ecclesiæ ritualis liber in Episcoporum inauguratione, hæc illis verba recitanda esse monet: Annos æternos in mente habe. Cum summus Pontifex recens electus solenni ritu ad facellum deducitur, est qui præeat, & ardentem stuppam concutens, ter hæc ingeminet: Pater sancte, sic transe gloria mundi. Quàm salubri pioque instituto quotidie ad omnium actionum initium & finem nobis ipsi nobis repeteremus: Annos æternos in mente habe; præsertim cum est peccandi occasio, cum demonis suggestiones urgent, cum lædendæ conscientia instat periculum, o tunc ANNOS AETERNOS in mente habe.

I. Diver-